13

DE
METICORUM EFFICACIA ATQUE USU RECTO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI
MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE XXIX. M. JULII A. MDCCCXLIII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR
MAURITIUS SEGNITZ
BITTERFELDENSIS.

OPPONENTIBUS:
F. HUELSEBUSCH, med. et chir. Dr. et med. pract.
S. LAGARDE, med. et chir. Dr.
A. BRENNER, med. et chir. Cand.

BEROLINI, TYPIS NIETACKIANIS.

PARENTIBUS

OPTIMIS, DILECTISSIMIS

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

FILIU

)E VOMITUS SIGNIFICATIONE NONNULLA.

omitus est motus cum nausea conjunctus antipe-
staltícus oesophagi, ventriculi, saepe etiam alicujus
ıctus intestinorum partis: quo contenta harum par-
ım cum violentissimis et spasdomicis earum con-
ıctionibus, sicuti musculorum abdominalium, dia-
ragmatis et musculorum pharyngis, plerumque
iam cum consensuali coëffectu reliquorum trunci
ısculorum atque extremitatum per os ejiciuntur.

Fuere inter physiologos multi, quorum maxime
ınter et Magendie nominandi, qui ventriculum
vomitum efficiendum nil valere, ejusque contenta
la vi diaphragmatis et abdominis musculorum eum
mprimentium evacuari contenderent. Hanc autem
sam esse opinionem complures alii experimentis,
quidem maxime his argumentis: etiam vulnerato
ıphragmate aut musculis abdominalibus dissectis,
rro situ ventriculi, in cavo pectoris abnormi, atque

adeo in avibus, quae carent diaphragmate et quibu imbecillissimi sunt musculi abdominales, oriri vomi tum, et motum antiperistalticum ex variis tractus in testinorum locis originem ducere posse, satis demon straverunt.

Hic vomitus status, qui oritur ex vi vitali tractu intestinorum perversa, semper est, ubi cernitur, al quid morbosi, et comitatur symptoma permultos ma ximeque varios morbos; sic quidem plurimos morbi gastricos et biliosos, simplicem indigestionem et ven triculum cibo nimio impletum, aciditatem primarum viarum, ingestas in ventriculum materias ad conc quendum difficiles, seu venenatas, obstructionem al pertinacem, statum verminosum, statum ventriculi tractus intestinorum pituitosum, gastritidem, interdu etiam alias inflammationes abdominales, ut spleni dem, pancreatitidem et hepatitidem, porro cardia giam, cursum sanguinis in abdomine impeditum, la siones capitis, commotionem cerebri et encephali dem, vertiginem, hysteriam etc. Saepe etiam vo mitus oritur ex propriis idiosyncrasiis, ut homin quidam in vehendo, oscillando, conspectu quarunda rerum, quin etiam usu ciborum alioquin innoxiorum vomunt. Saepe etiam vomitus nascitur ex caus mechanicis, e. gr. ex retrorsum flexo processu ster ensiformi, ex vestimentis ventriculum comprimen bus; huc etiam referendus vomitus oriens ex tum ribus abdominalibus, ex desorganisationibus pancre

is, hepatis, lienis, renum, ex volvulo, intussusce-tione, herniis, coarctatione intestinali etc. etc.

In judicandis his morbis commodum nominatis, omitum eos comitantem maxime variam habere sig-ificationem, quisque satis intelligit; modo enim est omes tantum morbi symptomaticus, modo signum edicatricis naturae, quod in febri gastrica perspi-ue cernitur, ubi, vomitu aggresso et peracto, mor-us mox finitur. Ut in febri gastrica, sic etiam in ermultis aliis morbis vomitum gravissimum medica-ricis naturae actum esse constat. Et si experientia ractica sententiam theoreticam, omnem medici curam n morbis adhibendam tantum in eo esse, ut medi-atrix natura ad sanationem perficiendam incitetur t sapienter ducatur, ipsam igitur medici rationem ac naturae vi medendi niti debere, veram esse stendit: jam ex eo, usum emeticorum esse necessa-ium, satis intelligitur, ne dicam de multis aliis eme-icorum effectibus, quibus in morbis curandis ad pro-osita maxime varia persequenda utimur, et de qui-us infra verba faciam.

Emetica autem sunt remedia, quae irritant ven-riculum, ita ut non solum ejus secretio augeatur, sed etiam contractio convulsiva, motus antiperistal-icus, indeque evacuatio per os sequantur. Quae quidem irritatio, quam efficiunt emetica in ventriculo, propria est et specifica, quum minime quaeque ven-triculi irritatio vomitum excitet. Maxime autem in

eo videri potest haec specifica emeticorum irritatio, quod ea, ad cutem applicata, seu in venas injecta, etiam hanc eandem praebeant efficaciam.

DE EMETICORUM EFFECTU.

Efficacia emeticorum partim est localis, partim universalis. Ex emetici definitione supra dicta patet, localem efficaciam non solum esse evacuantem, sed etiam irritantem et alterantem. Quae quidem efficacia primum cernitur in contentorum ventriculi tractusque intestinorum superioris evacuatione, in secretione quorumdam organorum secretoriorum copiosa, maxime hepatis et pancreatis. Quin etiam ad pulmones viasque respiratorias haec evacuans vis pertinet, unde fit, ut hoc violento motu, atque spastica contractione, quae a ventriculo usque ad diaphragma musculosque costales progreditur, mucus, lympha plastica, pus aliaque nocentia moveantur et ejiciantur. Postremo huc referendae sunt materiae quaedam contagiosae, quae vomitu removeri posse videntur, ut emeticorum vis in contagione arreptis, aut in primo febrium contagiosarum initio satis docet. Cum hac evacuante efficacia una nervos irritans eosque alterans invenitur, quae mutatam ven-

iculi nervorum actionem vicinarumque partium effi-
it, quam partim in tollendis statibus harum partium
orbosis, partim in mutanda earum secretione con-
icimus.

Quod attinet ad efficacitatem emeticorum uni-
ersalem, omnes fere secretiones augentur, ut se-
etiones tractus intestinorum, organorumque cum in-
stinis conjunctorum, glandularum salivalium, pan-
eatis, hepatis, renum, membranae mucosae oris et
ucium, laryngis, oesophagi, pharyngis, tracheae,
onchiorum et pulmonum. Porro vis secretiones
gens in augenda cutis functione perspicitur, qua
nititur salubris emeticorum efficacia in curandis
fectionibus rheumaticis atque morbis cutaneis, ex-
thematibus sic dictis.

Magnam vim exercent emetica ad systema va-
rum; multum valent ad augendam absorptionem
vasis lymphaticis, haud raro enim hydropes, tu-
ores, indurationes et alia emeticis sanari videmus.
rro sanguinis motus in systemate venae portae
terarumque abdominis venarum illis augetur. Etiam
systema arteriosum emeticorum efficaciam dire-
am esse scimus, quod quidem maxime ab illa jam
pra commemorata actione pulmonum et cordis ex-
ata et aucta pendet. — Denique efficacia emeti-
rum excitans in actione systematis musculorum
luntariorum, quin etiam musculorum faciei, et
axime labiorum, augenda cernitur.

Efficacitas emeticorum antagonistice derivans in eo est, ut incitatione systematis gangliosi actio et functio in ceteris systematis nervosi partibus deminuatur; itaque cernimus decrescentem functionem nervorum cutaneorum, depressionem sensorii, organorum sensuum et cerebri, unde sequitur minutus visus et auditus, vertigo et mens attonita. Qua quidem efficacia saepissime utuntur medici ad efficienda varia destinata, ut in morbis animi variis morbis nervosis, in spasmis cujusque generis etc.

DE INDICATIONIBUS.

Ex jam dictis emeticorum effectibus sequuntur indicationes. Utimur scilicet emeticis

1) remediis evacuantibus, ut quidem materias nocentes, cibos ad concoquendum duriores, aut nimia quantitate assumtos, venena, contagia, sordes gastricas morbo productas et alia removeamus. Huc quoque pertinent nocentia ex pulmonibus viisque respiratoriis removenda, ut mucus, lympha plastica pus, corpora aliena etc.

2) Adhibemus emetica excitantia remedia et alterantia,

a) ut excitemus digestionis organa, i. e. ut mu

atam nervorum ventriculi organorumque vicinorum rim provocemus, quae partim in statibus harum parium morbosis tollendis, partim in mutandis atque n integrum restituendis secretionibus cernitur.

b) Ut excitemus totum corpus, maxime ad commovendas functiones vitales et animales: itaque in sphyxia, paralysibus, apoplexia, suffocatione etc.

3) Emetica in usum vocantur remedia secretioes et resorptionem sollicitantia. Hoc consilio emeica in curandis morbis maxime variis locum obtinent gravem, ut in morbis gastricis et biliosis, omnibus n statibus morbosis, qui originem ducunt ex haesiatione systematis venae portae, in rheumatismis et xanthematibus, in hydropibus, exsudationibus plastiis, tumoribus et aliis.

4) Postremo emetica adhibentur remedia antagonistice derivantia et antispasmodica; ex quo eluet adhibitio eorum in permultis functionum animaium morbis, ut in spasmis, asthmate, tussi convuliva etc. Etiam in curandis animi morbis emetica odem consilio adhibita usum praebent quam maimum.

CONTRAINDICATIONES.

Gravissimae contraindicationes sunt plethora, congestiones, haemorrhagiae et inflammationes.

Plethora vera omnino vetat usum emeticorum; attamen casus accedere possunt, ubi solum emeticum vitam servare potest, et tum quidem, quum indicatio vitalis sic dicta hoc postulat. Hic regula therapeutica nonnisi praemissa venaesectione emeticum adhiberi jubet. Pariter vehementes et periculosae congestiones sanguinis ad organa interna nobilia, praesertim ad cerebrum et pulmones, gravissimae sunt contraindicationes. Quod attinet ad usum emeticorum in apoplexia, infra de hac re loquar.

Ex haemorrhagiis maxime vomitus cruentus et haemoptysis vetant emetica, quamquam hi quoque morbi, si quidem haemorrhagiae ex sordibus primarum viarum originem duxerint, secundum medicorum peritorum testimonia tantum emeticis sublati esse dicuntur. —

Prae ceteris autem inflammatio viscerum est contraindicatio, quae usu emetici certe augetur et periculosior redditur; maxime autem gastritis hoc vetat, quia emeticum facillime mortem afferre potest. Ex eo apparet, in diagnosi quorumdam huc pertinentium morborum ponenda quam prudentissime ac cautissime agere medicum debere, atque cavendum, ne gastritis cum aliis confundatur morbis, e. gr. cum spasmo ventriculi valde dolente, ubi merito emeticum porrectum damnum afferat maximum.

Porro alvi obstructio usum emeticorum impedit, quod facile congestiones sanguinis ad caput et pe-

tus provocantur, obstructio alvi pertinacior redditur, t ipse ileus oriri potest. Tantum obstructione clysaatibus sublata, ad emetica porrigenda transire cet.

Contraindicationibus etiam adnumerari debent erniae, prolapsus, menstruatio et graviditas. Quod ernias attinet et prolapsus, metuendum est, ne maor reddatur processus eorumque fiat incarceratio.

Menstruatio, quae haemorrhagiae quasi criticae ocum tenet, facile, ut omnino crises, turbari potest, ua de causa omnia nocentia inter ejus fluxum caute itari debent; et in muliebribus morbis igitur regula ommendatur: ineunte menstruatione medicamenta, isi necessitas postulat, esse omittenda. Huc autem axime pertinent emetica, laxantia et missiones sanuinis.

Etiam in gravidis caute et circumspecte in adibendis emeticis agamus necesse est, quod quidem ehementi corporis intestinorumque abdominis conuassatione iis atque foetibus facile damna afferri ossunt.

His dictis in casibus usus emeticorum, quoad eri potest, est differendus; ubi autem indicatio vilis praevalet, et vita solo emetico servari potest, um ne illi quidem casus vetant emetica.

DE RECTO EMETICORUM USU.

Si emeticum indicatum putamus, nobis sunt regulae quaedam observandae, de quibus maxima ex parte optatus dependet effectus, quarumque neglectio maxime nocet. Hic praecipue hae res nominandae mihi videntur:

1) tempus, quo adhibeatur emeticum,
2) dosis emetici,
3) electio remediorum et
4) regulae aegrotis observandae.

Quod primam rem attinet, quoque diei tempore emeticum dari potest; attamen tempus jejunum aptissimum habetur. Quod quidem optime observari potest in morbis chronicis, iisque, ubi in mora non est periculum. Sunt autem morbi, in quibus tempus, quo porrigatur emeticum, tantum ex statu stadioque eorum pendere potest, ubi plurimum in eo est positum, ut hoc tempore, quod saepe maxime transitorium est, recte utamur. In febribus remittentibus optime remissio est eligenda, in intermittentibus apyrexia ad porrigendum emeticum.

Emeticum nunquam semel plena dosi, sed semper refracta dosi porrigatur, quum neque gradus stomachi irritabilitatis neque turgescentia materiae antea certo destinari possit. Haec est causa, cur eadem dosis modo efficaciam gravissimam, mod

ullam reactionem provocet. Ex hac autem emeti-
orum adhibitione duplex oritur commodum:

1) primae doses digestivam quasi vim excercent,
ptioresque reddunt materias ad evacuandum, et

2) efficacitas emeticorum in potestate medici
st posita, ita ut ea in variis aegrotis nunquam ve-
ementior vel etiam tenuior fieri possit. Plerumque
er horae quadrantem quarta plenae dosis pars da-
ır, usque ad vomitus initium; deinde, nisi semihora
raeterlapsa ter vomitus sequitur, adhuc dimidium
usdem dosis porrigitur.

Sunt autem casus quidam, ubi emeticum plena
osi porrigi necesse est. Huc pertinent:

1) magnus ventriculi torpor, ut in nonnullis ty-
ıi generibus, mania, statu pituitoso etc.

2) venena assumta, quae postulant celerrimam
que tutissimam evacuationem.

Aliud grave huc spectans momentum est dele-
us emetici. Quum enim varia emetica variam ha-
ant efficientiam, quae medico aut evitanda, aut,
i aptum videtur, est inhibenda, et morbo et indi-
duo bene respondentem delectum horum remedio-
ım facere medicum necesse est. Sic, ut exempla
feram, in hominibus torpidis curandis, in statu pi-
itoso, in iis, quibus est alvus adstricta, tartarus
ibiatus est praeferendus, dum in aliis casibus, e. g.
vo soluta, ut in typho, hoc remedium est vitan-

dum. Regula universalis hoc loco dari non potes
et, ut jam dictum, tantum cujusque casus proprieta
decernere debet.

REGULAE INTER VOMITUM OBSERVANDAE

Emetico sumto liquido quodam utatur aegrotu quo vomitus facilior reddatur. Initio autem nimium potum suggerendo imminuitur extenuatione emeti efficacia, et nimis magna ventriculi extentione dam num effici potest. Inter primas doses, atque an vomituritionis initium nihil bibatur, et tantum acce dente vomituritione, et quotiescunque vomitus conse quutus est, aegroto aliquid infusi chamomillae, se aquae tepidae porrigatur; si vomitus est difficili butyri aqua juvat.

Respiciendum est, ne acceleret vomitum aegro tus aliquo modo, uti vomituritione voluntaria, se potius, quoad potest, eum supprimat. Illud enim vo mitum difficilem, hoc autem facilem reddit. Vomitu ter saltem sequatur, ut sufficientem evacuatione efficiat.

Quem aegrotans inter vomitum occupet situm multum refert; sedens et erectus habitus merito lau datur optimus; debiles aegroti atque infantes sun erigendi iisque sustentando est succurrendum.

Finito vomitu aegroto quies quam maxima est ommendanda, quam eandem ille, vomitu debilitatus, onte ac libenter quaerit.

Proxima atque ultima cura denique est, ut alvus stentetur soluta: namque ventriculi contractionibus mper etiam pars sordium in intestinum duodenum emitur, et praeterea plus bilis, muci intestinalis c. effunduntur, quae materiae per alvum evacuari bent. Itaque, nisi sponte sequitur alvi dejectio, ec aut clysmate, aut remedio leniter purgante est icienda.

Jam adhuc faciam pauca verba de hyperemesi terdum accedente. Hyperemesis plerumque sequi- r ex omissis, quas diximus, cautelis, vel etiam ejus usa posita est in aliqua conditione nervorum ven- culi propria, idiosyncrasiae simili, ubi vomendi ir- amentum longius pergit. Hic metuendum est, ne nio vomitu gastritis, spasmi, haemorrhagiae, quin am rupturae organorum nobilium oriri possint. Re- edia in hyperemesi adhibenda haec sunt:

Potus mucilaginosi multum valent ad hypereme- i tollendam. Praeterea potio **Riveri** est certum medium, quod plerumque eventum optatum adducit, quidem saturatio kali carbonici cum succo citri; am succus citri merus datur. Porro huc referenda nt remedia aromatica, ut aethereo-oleosa, aethe- , vinum parvis dosibus datum.

Item opium hic permagna praebet auxilia. Qui-

buscum internis una conjungenda sunt externa re-
media, et quidem aut incitantia, e. gr. cataplasmat
ex herb. menthae crispae ad regionem ventricu
applicata, aut derivantia, ex quibus maxime nomi
nandae sunt derivationes ad partes cutis remotiores
ut rubefacientia ad suras, aut ad tractus intestino
rum clysmatibus institutis.

NONNULLA DE SINGULIS EMETICIS.

Emetica usitatissima sunt haec: ipecacuanh
tartarus stibiatus, zincum sulphuricum et cuprum su
phuricum, quorum vim pharmacodynamicam jam br
viter adducam, descriptionem eorum botanicam
chemicam omittens.

IPECACUANHA.

Praecipua ipecacuanhae vis ad ventriculi et pu
monum nervos, vagum et sympathicum, directa es
videtur. Plena dosi (ad gr. x — xx) porrecta v
mitum efficit; refracta dosi plexus nervi sympath
et vagi leniter incitans, expectorationem mov
membranam mucosam pulmonalem incitat, spasmu
pulmonalem tollit, secretionem ventriculi et intes

orum tenuium pituitosam auget, et vehementiorem
otum peristalticum tollit; porro spasmum cutaneum
itigat, qua de causa praecipue locum remedii dia-
horetici obtinet. Eo, quod nervum sympathicum in-
tat ipecacuanha, una derivatio a parte systematis
ervosi motoria ac sensibili efficitur, unde exit effi-
acia ejus antispasmodica.

Ipecacuanha est mitissimum emeticum, et inter
sum vomitum minimos efficit labores, qua de causa
ominibus debilitatis, mulieribus, infantibus, gravidis
ptime respondet. Quum ipecacuanha alvum non sol-
at, sed etiam adstringat, in omnibus illis casibus,
bi diarrhoea vitanda, praefertur.

TARTARUS STIBIATUS.

Tartarus stibiatus, refracta dosi inhibitus, pri-
um attingit membranam ventriculi mucosam; auget
otum peristalticum, secretiones membranarum mu-
osarum glandularumque, maxime hepatis et pancrea-
s uberiores reddit; simili modo vasorum lymphati-
orum et venarum systematis actionem juvat. Prae-
rea etiam porrigit efficacia ad membranam muco-
am repsiratoriam organorumque urinariorum, quare
emedium expectorans et diureticum. Itaque magnam
im exserit ad cutem, pulmones, tractum intestinorum

et ad renes; juvat et leniter movet omnes secretio-nes et excretiones, auget functionem vasorum resor-bentium, et accelerat cursum lymphae atque sangui-nis in organis abdominalibus. Majori dosi nauseam provocat, et postremo, motum antiperistalticum ven-triculi graviorem reddens, vomitum efficit.

Ut autem vomitus excitetur, duo aut quatuo grana tartari stibiati porriguntur. In animi morbi majores doses dentur necesse est. Saepe etiam tar-tarus stibiatus cum ipecacuanha conjungitur, quo tar-tari stibiati efficacia magis ad ventriculum vertatu et alvi dejectio vitetur. Item solutionem tartari sti-biati in venas infundunt medici, ad vomitum exci-tandum in illis casibus, ubi emeticum per os recip non potest, ut in asphyxia. Alia forma, qua tarta-rus stibiatus adhibetur, est vinum stibiatum, solution tartari stibiati in vino Malagensi paratum, cujus un-cia continet duo tartari stibiati grana. Quod quide praeparatum maxime in infantium morbis adhibetu

ZINCUM SULPHURICUM.

Zincum sulphuricum maxime se praebet vomitu-ciens, adstringens et alterans remedium. Emeticu propterea laudatur, quod nullam ventriculi debilitate efficit, qua de causa venenis narcoticis sumtis tuti

mum est remedium. Ad vomitum provocandum danr quinqae aut decem hujus remedii grana; in inxicationibus majores doses adhibentur. Si efficaam adstringentem inhibitam volumus, tantum grana no porrigimus; remedium alterans minima dosi adbetur.

CUPRUM SULPHURICUM.

Cuprum sulphuricum quoque est remedium adringens, fere corrodens; prae ceteris autem vomim excitandi efficacia est nominanda, ex qua causa epissime in usum venit hoc remedium. Ad hunc nem tria aut quatuor grana porriguntur. Ut altentem effectum persequamur, datur pars grani octava it quarta, ut in epilepsia, chorea, phthisi etc.

SUS EMETICORUM IN QUIBUSDAM MORBIS. INTOXICATIONES.

Venenis sumtis saepissime accidit, ut prae ceteris indicationi vitali sufficiat medicus. Si igitur asyxia correptus est venenatus, ante omnia hoc mam tolli necesse est. Asphyxia autem constat interptis functionibus vitalibus, et quidem respiratione

et cursu sanguinis, et omne auxilium hoc in statu adhibendum ad illas functiones restituendas respicere debet. Remedia ad hunc finem spectantia hoc loco transeo. Deinde porrigantur emetica, ut evacuentur venena. Saepe venena vomitum sponte provocant, ubi hoc tantummodo agendum est, ut vomitus poti apto adjuvetur. Sed in eligendis emeticis cavendum est, ne ea, quae una alvum solvunt, inhibeantur emetica, ut tartarus stibiatus, quo fit, ut venenum ex parte ad intestina deducatur. Zincum sulphuricum maxime commendatur, et quidem hac pulveris forma:

Rp. Zinci sulphurici
Sacchari albi aa scrupulum dimidium.
M. f. pulvis. D. tales doses tres.
S. quavis minuta quinta pulvis.

Saepe solutio zinci sulphurici est praeferenda, quae ex hac formula paretur:

Rp. Zinci sulphurici drachmam dimidiam
solve in
Aquae destillatae unciis tribus.
D. S. quavis minuta decima cochlear.

Quum satis vomuit aegrotus, tum antidota s... dicta in usum veniant.

EBRIS GASTRICA, PITUITOSA ET BILIOSA.

Febris gastrica est is morbus, ubi proverbium, omitus vomitu curatur, merito usu venire potest. initur morbus maxime per crisin localem, quapro- er in febri gastrica curanda prima gravissimaque dicatio in eo esse debet, ut provocemus et promo- eamus illam crisin localem. Sordes gastricae sur- um seu deorsum turgescentes viam indicant, qua itur natura ad removendas materias nocentes, quod axime respiciendum est in provocanda hac crisi cali. Sunt igitur ex eo partim emetica, ubi sordes ırsum, partim remedia laxantia, ubi deorsum illae rgescentes observantur, adhibenda. Plerumque netica magis in prioribus morbi stadiis et casibus ecentibus sunt indicata.

Sordes autem sursum turgescentes cognoscun- ır his signis: tegumentum linguae colorem accipit oscuriorem et simul fit crassius; os emittit malum dorem; accedunt sapor valde demutatus atque in- ratus, ructus, vomituritiones, nausea durans et ipse omitus, quo materiae, quae ingratum habent sapo- em, evacuantur; una adveniunt vehemens dolor ca- itis, vertigo, susurrus ante aures, caligines, quin tiam deliria, tensio in scrobiculo cordis atque hy- ochondriis, respiratio difficilis.

Hoc est febris gastricae stadium, quo emeticum ine dubio tutissimum praebet auxilium, et si tem-

pore, quo sursum turgescunt sordes, hoc remedium negligitur, aegrotanti damnum maximum oboriri potest. Ut autem hoc stadio neglecta, sic etiam nimis mature adhibita in stadio morbi recentiori, quo ad evacuandum haud satis praeparatae, seu adhuc rudes sunt materiae educendae, damno sunt emetica. Itaque et emetico in tempore neglecto, et nimis mature adhibito fieri solet, ut febris gastrica in tempus longum porrigatur, unde oriuntur vitia digestionis chronica, febres intermittentes, cardialgia, colica; aut etiam febris accipit characterem nervosum, vel putridum, qui status facile capere possunt exitum malignum.

Sed hic quoque in emeticis offerendis diligente sunt respiciendae contraindicationes; itaque ubi necessarius est usus, antea pertinax alvi adstricti clysmatibus est tollenda et alia. (Confer. contraindicationes).

Haec eadem de emeticis in febri gastrica adhibendis dicta, etiam prosunt febri pituitosae et biliosae. In febri pituitosa prae ceteris necessarium est ut mucus primis in viis accumulatus removeatur quae quidem indicatio emetici usum in quam plurimis casibus postulat. Etiam in febri biliosa, sordibus sursum turgescentibus, crisis localis emetico dato optime juvatur, nisi contraindicatio aliqua obviam venit. Sed haud semper in febri biliosa, turgescentia non satis perspicua, indicatio emetici por

gendi certa esse videtur; desunt quidem sapor in-
atus, tegumentum linguae, nausea et vomituritio-
s: hic tantum caput valde oppressum, oculorum
lgor, rubefacta facies et os obducens color prasinus,
emor labii oris inferioris, ceteraque, quae advene-
nt, ut epidemia, indicationem reddere debent cer-
m. Saepe emeticum, cum sic se res habeant, uni-
m est vitam servandi remedium. Interdum eme-
a efficaciam non reddunt; tum emollientibus et
tispasmodicis cataplasmatibus ad abdomen, et
ysmatibus, porro epispasticis ad ventriculi regio-
m atque linimentis utamur necesse est, quae re-
edia plerumque auxilium ferunt optatum. Etiam
ntrarium, hyperemesis, accidere potest, de cujus
atus curatione jam supra mentio facta est.

FEBRIS INTERMITTENS.

Causa, cur febris intermittentis curatio plerum-
e cum usu emetici incipiatur, in eo est posita,
od hujus febris fons in organis abdominis sedem
am habet, quam ob rem etiam ferme semper fun-
iones primarum viarum una vexantur, et plus mi-
isve symptomata gastrica conspiciuntur. Si igitur
dicatio in curanda febri intermittente radicalis
axime id spectat, ut ille morbus primarius remo-

veatur, et ipsa affectio nervosa crises febriles promovendo et systema nervosum alterando tollatur: ex eo sequitur indicatio inhibendi emetici, etenim primas vias purgare, atque liberam omnium functionum actionem sustentare, multum valet ad curandam hanc febrem. Hic emetica obtinent primum locum, quae praeter effectum, quem in abdominis organa exercent, etiam in systema nervosum permagnam vim habent; unde fit, ut ea saepe non solum morbum primarium seu complicationem tollant, sed etiam affectionem nervosam juvent. In epidemiis biliosis, in regionibus calidis, in febribus intermittentibus autumnalibus sic dictis, porro sordibus sursum turgescentibus, muco in primis viis se accumulante, et ex eo nausea ingrediente et vomitu mucoso, vomitu inter apyrexiam saepius accedente etc. emetica iterum iterumque adhibita praecipue sunt auxiliaria. In febribus tertianis die apyretico, in quartanis primo vel secundo die apyretico, et denique in quotidianis ineunte apyrexia, ut vomitus ante novum paroxysmum plane finitus sit, detur emeticum.

FEBRIS NERVOSA.

In febri nervosa libenter et saepe emeticis utuntur medici. Hic emetica non solum ad removenda

stricam, seu biliosam, seu pituitosam complicatio-
m prosunt, sed maxime effectu, quem exercent
ipsum systema nervosum, magni sunt momenti.
ium enim systema nervosum propter efficacitatem
rivantem ab irritamento morboso liberent, saepe
la emetica hujus morbi gravitatem acerbitatemque
minuere possunt. Ipecacuanha hoc loco mera in
um vocatur, neque tartarus stibiatus, quem diar-
oeam, hoc in morbo valde metuendam, facile pro-
ocare constat. Complicatio febris nervosae cum
ieumonia seu phrenitide vetat omnino emeticum.

Recentiori tempore multum disputaverunt medici
usu emeticorum in typho abdominali: alii semper
omni conditione emetica in hoc morbo impendi
ilunt, et contendunt, processum typhi abdominalis
iasi abscindi et, ut ita dicam, abortivum reddi posse
neticis; alii vero rejiciunt hanc sententiam. Sed
iam hoc in morbo eandem indicationem, quam su-
'a diximus, locum habere posse, quis non intelligat?

ANGINA MEMBRANACEA.

In curanda angina membranacea saepe in usum
eniunt emetica, et quidem maxime in his casibus:
rimum, si cursum capit minus vehementem, si ma-
is catarrhalem et nervosum characterem ostendit,

atque satis mature auxilium accedit medicum. Hi contrarium irritamentum vehemens ad nervos membranam mucosam eximie utile esse videtur, emeticum morbum saepe in melius vertere potes Deinde emeticum in stadio hujus morbi suffocativ quo exsudatum haud secus ejici potest, et suffocan periculum crescit, emeticum quasi ultimum refugiu advocari solet. Exsudatum vomitu ejectum, et e emetico vitam servatam esse multis constat exem plis. Ad hunc finem plurimi medici cupro sulphuric vomitum excitante remedio utuntur.

APOPLEXIA.

Quamquam usui emeticorum in apoplexia c randa, si respicimus contraindicationes, contradict inesse videtur, exstant tamen duo casus, quibus m rito sunt usurpanda emetica. Primum quidem, qu apoplexia ex gastrocismo originem duxerit, atq complicata sit cum statu gastrico; hic emeticum e remedium vere radicale. At si aegrotus plethorica prae se fert constitutionem, et si pulsus est plen et magnus, nonnisi venaesectione praemissa emet cum porrigatur. Deinde emeticum in apoplexia ne vosa locum obtinet, et quidem ex causis jam sup dictis.

ERYSIPELAS.

Erysipelas, cum prope semper complicatum sit
n gastricis biliosisque affectionibus, prae ceteris
tulat curationem hujus status gastrico - biliosi,
ı de causa initio morbi emeticum administrandum
. Quo cum fine status gastrici removendi aliud
que commodum est conjunctum: ex iis quidem,
ıe supra de efficacia emeticorum dicta sunt, eme-
ı ad functionem cutis augendam multum valere
ıstat, atque hanc efficaciam ad crisin movendam
atam esse debere neminem fugit. Magni momenti
emeticum in erysipelate faciei, et maxime qui-
n, cum, ne metastasis ad cerebrum accedat, me-
ndum est.

TUSSIS CONVULSIVA.

In tussi convulsiva, quam tribus stadiis, catar-
ali, nervoso et critico, insignem esse scimus, eme-
um sub finem primi atque initio secundi stadii in
um vocamus, ut affectionem nervosam tollamus, aut
ltem characterem spasmodicum mitigemus. Hic
a est respicienda pituitam evacuans et secretio-
m membranae pituitosae corrigens emeticorum ef-

ficacia. Status inflammatorii, si simul cum tus- convulsiva exstant, vetant emeticorum usum.

RHEUMATISMUS.

Emetica, ut supra dictum, promovent et auge secretiones, et ita multum valent ad cutis functi nem juvandam, ex quo pendet frequens eorum us in rheumatismis curandis. Emeticum ad processu rheumaticum tollendum efficacissimum est remediu igiturque recentiori tempore merito saepius hoc co silio usurpatur. Saepissime utuntur medici emetic in rheumatismis acutis, ubi, venaesectione facta, ta tarum stibiatum ad grana tria vel quatuor, ita ut sursum et deorsum evacuationes sequantur, porrigu

MORBI NERVOSI ET MORBI MENTIS.

Usus emeticorum in morbis nervosis, iisque me tis haud ignotus est. Sic in paralysibus, spasm maxime varii generis, in delirio tremente, in mor cereali, in melancholia, mania, ecstasi etc. Hic m xima ex parte emeticis antagonistice derivantib remediis utuntur medici, ut omnino methodus der vatoria in his morbis curandis gravem obtinet locu

V I T A.

Ego Mauritius Segnitz, Bitterfeldae, oppido
vinciae Saxoniae, patre Balthasar Ferdinando
gnitz, medicinae doctore, et matre Friderica
ente Securius, quos superstites pio gratoque
mo veneror, die XIV. m. Maji MDCCCXV natus
n. Confessioni addictus sum evangelicae. Ad
ıum millesimum octingentesimum vicesimum no-
m domi vixi, et literis humanioribus, quibus
as puerilis imbui solet, institutus sum. Deinde
gymnasium Merseburgense, quod Rectore Cel.
iek adhuc floret, me contuli, ibique per tres an-
; versatus sum. Tum a. MDCCCXXXII gymna-
m Dresdense ad aedem crucis, quod Rectore
l. Groebel floret, per annos quatuor frequen-
i. Postremo in gymnasio Luckaviensi, Rectore
l. Lehmann, testimonium maturitatis adeptus,
ıdemiam chirurgico-medicam Dresdensem petii,
a Rectore Ill. B. Seiler et ab Ill. Reichen-
ch, t. t. Decano spectatissimo, civium numero
ıdemicorum adscriptus, per annos quinque hosce
os audivi disserentes: Cel. Loewe de hodegetice,
;iee, psychologia empirica, de Celsi libris de me-
ina; Cel. Sahlfelder de methodologia et encyc-
ıpaedia medica et de medicina militari; Ill. Rei-
enbach de botanice, zoologia et mineralogia;
Ficinus de physice et chemia; Ill. Seiler de
atomia et physiologia, qui una cum Dr. Günther,
osectore, mihi in arte cadavera rite secandi dux
it; Dr. Günther de anatomia pathologica; Cel.
ech de chirurgia speciali, akiurgia et theoretica
practica; Ill. de Ammon et Ill. Richter de
thologia et therapia generali, de materia medica,

de arte formulas medicas rite concinnandi, de auscultationis et percussionis doctrina; Ill. Choulan de pathologia et therapia speciali, de semiotice, d historia medicinae, de pharmacodynamice.. Exercitationibus praeterea clinicis medicis et chirurgici horum Ill. virorum interfui, Choulant, Pecl Richter.

Tum a MDCCCXLI tempore autumnali Berolinum me contuli, ubi ab Ill. Dieterici, t. t. Rectore Magnifico, in civium numerum academicorur receptus, ab Ill. Juengken, t. t. Decano spectatissimo, in ordinis medicorum album inscriptus sum Scholas adii Ill. Mueller de anatomia organorum sensuum et de physiologia generationis; Ill. Juengken de vulneribus; Cel. Kluge de arte obstetrici theoretica; Ill. Wagner de medicina forensi et politia medica.

Exercitationibus vero clinicis medicis, chirurgicis, ophthalmiatricis et obstetriciis interfui Virorum Illustrissimorum Wolff, Schoenlein, Juengken, Wagner, Kluge, Busch.

Quibus viris omnibus, optime de me meritis gratias ago semperque habebo, quas possum, maximas

Jam vero tentaminibus, et philosophico et medico, atque examine rigoroso coram gratioso medicorum ordine absolutis, spero me, dissertatione a thesibus publice defensis, summis ornatum iri medicinae et chirurgiae honoribus.

THESES.

1. Usus Digitalis purpureae in primis pneumoniae stadiis est rejiciendus.
2. Typhus contagiosus nequaquam est morbus exanthematicus.
3. Delirium tremens sanguinis detractiones non excludit.
4. Chirurgia pars tantum specialis medicinae.
5. Hernia labii pudendi concreta indicationem praebere potest medico ad partum praematurum artificialem.